

nefici magnitudo extollatur, atque ut majores Benefactori grates referantur. Haud temere tamen suspi-

privileg. Abbat. Campid. concessum, nec novum, nec sine causa.

§. 18. Equidem Tamburinus hac in re veratissimus, in Opere & loco a Nobis supra memorato, ait, se nec-

Altera Abbat. Campid. concessum, nec novum, nec sine causa.

Exponit quoque cui consecratio ac Abb. inf. mal non sit peragenda.

§. 21. Et primo, quod ad Ecclesie Ordinis S. Francisci consecrationem attinet, iam, ut putamus, eam, quae Nobis difficultatem ingerit, rationem facile assequeris. Quod si ea adhuc tibi impervia sit, Nos ultro dabimus. Solida nimirum Nos urget suspicio, ne, beati animi impetu abreptus, eadem repetas, & majori fortasse verborum vi, ac amplitudine ingemines, quae in Libello de triplici Triumpho nuper scripta sunt. Quod vero alteram postulati partem attingit, de consecrationis ritu ab Episcopo ac Abbate infimul poragendo, in Ecclesie moribus, ac disciplina nullatenus Nobis consonare videtur. Porro si de Sacerdotum degradatione casus incidat, possunt sane, ex praescripto Synodi Tridentinae Sess. 13. cap. 4. de Reformatione Episcopi atque Abbatum ad id exequendum una convenire. Si privilegia, quae summi Pontificis electis Episcopis nonnunquam concessere, inspiciamus, haud infeliciter, Episcoporum consecrationem, quae a tribus Episcopis perficienda esset, ab eorum uno, ac duobus sive Abbatibus, sive aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis, impleri posse, cum aliquando difficile admodum sit, tres Episcopos una convenire; nec invalida, sed solum illicita sit Episcopi consecratio, quam unus peragit Episcopus citra Apostolicam dispensationem, ut ex communiori opinione docent Cabassutius in Nolis. Ecclesiast. seruli W. ad Can. 3. Nicenum, Christianus Lupus ad Concilia Generalia & Provincialis tom. 1. pag. 29. & pag. 31. Juvenin de Sacramentis dissert. 9. de Ordinationibus in specie quest. 1. de Episcopatu cap. 4. Cardinalis Gotti de Eucharistia tom. 15. de Episcopatu dub. 4. §. 1. & 2.

§. 22. At vero nullum suppetit exemplum, quod

in Ecclesiarum consecrationibus, Episcopum atque Abbatem una componat. Desunt Pontificum Privilegia; Episcoporum dispensationes infra quaeruntur, cum nequeant Episcopi Abbates in consecrationum Communitates designare. Nec mirum fubeat, si nulla occurrant exempla, quae hac in re Abbates Episcopos addant confocios, cum possint Episcopi, secluso alterius ministerio, consecrationis munus obire. Neque Abbatum ministra manus Episcopo; qui Ecclesiam consecrat, pondus addit, aut namerum, ut in Sacerdotum degradatione, aut Electi consecratione revera superaddit. Mirari quoque non debes, si asseramus, Episcopos jus nullum esse, ut in Ecclesiis dicandis, Abbates in Communitates assumant; quandoquidem Abbates & simplices Sacerdotes pari in numero habendi. Nequit Sacerdos in Communitatem eligi ab Episcopo; nec Abbas igitur poterit in Communitatem designari. Haec sunt, quae, verum circumstantiis ita suadentibus, tibi duximus significanda. Interim vero tibi, tuisque Confratribus Apostolicam Benedictionem impartimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 16. Novemb. 1748. Pontificatus Nostri Anno Nono.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPE XIV.

Epistola secunda, ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de Consecratione Ecclesie S. Apollinaris Romae Sanctitate Sua peracta.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Peracta a Nobis est Consecratio Ecclesie S. Apollinaris, electo in Communitatem Cardinalis Gentili Episcopo Praenestino, & universo Cardinalium adstante Collegio. Sacris Ritibus, qui cum intra, tum extra Ecclesiam praescribuntur, initium Nos ipsi dedimus, iisdemque supremam manum imposuimus, quae vero ab initio ad exitum intercurritur opera & Cardinalis Communitate implevit. Ara major Nostro sumptu erecta, Nostri item manibus dicata est; nec alius, praeter Nos, Graecas, Latinaeque Alphabeti Litteras super cineres, exaravit. Interim vero Cardinalis Confocius, & Coadjutor, Pontificalibus indumentis ornatus, Faldistorio insidens, expleto consecrationis ritu, Missam ad Altare a Nobis pridem dicatum, de more celebravit; fas enim Episcopo consecranti, Romano Pontificali id permittente Missam alteri Sacerdoti celebrandam committere, ni pares ad id agendum suppetant vires, ut Nobis plane contigit, qui idcirco in privata Apostolici Palatii Nostri Cappella sacrum pridem obivimus. Quo item tempore solemnem Altaris Consecrationem peregrimus, Dilectus Filius Noster Carolus Albertus Cavalchini primo Episcopus, mox S. R. E. Cardinalis, in Ecclesia Beatae Virginis dicata, ac S. Apollinaris Templo ita contermina, ut unum veluti Corpus cum illo constituat, Nostro iussu Altare Sacro Ritu initiavit.

§. 2. Cumque ad Nostram deveniret notitiam, praedictam methodum adhibitam, a nonnullis fuisse reprobatam; eo sub obtentu, quod integra Ecclesie Consecratio aut a Nobis fieri, aut integra alteri demandari debebat, non inopportunitate esse arbitrari sumus, tibi, Dilecte Fili, in hac sacunda epistola aperire consilii Nostri rationes, ob quas Ecclesie Sancti Apollinaris Consecrationem peregrimus modo supra exposito; tibi enim hac ipsa die aliam scriptimus epistolam de Ecclesiarum Consecratione tractantem.

§. 3. Cardinalis Bona Rer. Liturgicar. lib. 1. cap. 20. num. 3. affirmat, Sacrum Ecclesie dicandi Ritu e veteri in novum Testamentum, atque ad Apostolis in eorum Successores fuisse translatum. Non eadem tamen Ecclesie disciplina in Consecrationibus peragendi ubique semper obtinuit. Eusebius, qui

Episcop. & Abbat. Ecclesiam simul consecrasset, nullo probatur exemplo.

Die 16. Novemb. 1748. Pontific. IX.

Quomodo consecratio Ecclesie & Altaris peracta fuerit; enarra. tur.

Ratio ahibita in consecratione Communitatis exponitur.

Dedicatio- num ritus in Ecclesia peractibus, ac mysteriis referuntur.

veterem dedicationis Ritu exhibet, neque Benedictiones aquae lustralis usu, neque Cruces Sacroinungendas Christmate, unquam commemorat: ex quo Dallaeus in Tract. adversus traditiones Latinorum lib. 3. cap. 15. perperam infert, sacros hocce Ritu tunc temporis nondum obtinuisse: Imo vero Dallaeo adhuc deterior Josua Arudius in Lexico Ecclesiasticarum antiquitatum pag. 1085. non veretur asserere, veteres Ecclesiarum consecrationes solis precibus, concionibus, atque hymnis fuisse institutas: quam sententiam sibi adoptavit Gotschedus VVidus de altaribus cap. 11. num. 15. Haec tamen, quae ab Haereticis infano ore jactantur, inania sunt, nec ulli subnixia fundamento. Si enim, ut scire ratiocinatur Sinesius in Epistola 67. pag. 212. iuxta editiones Parisien. anno 1633. sola precum prolatio par est ad Ecclesias dicandas, iam locus nullus, non Oppidum, non Castrum occurrit, cui dedicationis praerogativa non conveniat; quandoquidem vix, a ne vix quidem ullus poterit inveniri locus in quo aliquae preces, hymni, laudes ad Deum effusa aliquando non fuerint. Quod igitur hac in re inoffenso pede affirmari potest, illud est, Ecclesiarum consecrationes Sacrum Opus esse, quod solemni Ritu, precibus, aliisque ab Ecclesia praescriptis actionibus, Episcoporum ministerio perficitur; quamvis lateat adhuc, quo primam tempore multiplices illi dedicationum Ritu inciperent. Vetustos tamen esse fateri oportet, ac retertos mysteris, quae a sacris Nostriis Scriptoribus eluciantur; quos inter primo loco eminentio Ecclesie saeculo Ivo-Carnotensis in Sermone 4. de Sacramentis Dedicationis ubi de Crucibus, quae Sacro inunguntur Christmate, sermonem habens, ita loquitur: De consecrato Altari chrismanatur in parietibus illae duodecim Cruces, quae Typum gerunt Apostolicum, qui & primitias spiritus acceperunt, ut Crucis mysterium populi & gentibus manifestare studuerunt. De Crucibus item, ac de candelis, quae coram iisdem Crucibus in Ecclesie consecratione accenduntur, disserit Gregorius de Cruce lib. 2. cap. 7. §. Sacra haec Dedicationis etc.

Consecratio- nem Ecclesie vel ab uno Episcopo, vel a pluribus infimul peractam, scriptoribus autenticis comprobatur.

§. 4. Ecclesiarum consecratio duobus modis peragitur: vel etenim ab uno consecratur Episcopo; quod ut plurimum contingit, ut etiam adnotavit Vane-spen Juris Ecclesiastici, par. 2. tit. 16. num. 10. vel a pluribus infimul Episcopis, ut Garerius in Nolis ad lib. Diurn. Romanorum Pontificum tit. 5. cap. 16. ea Textus verba expendens, perique, ut eadem Ecclesia solemnitur debeat consecrari, animadvertit, geminum consecrationis Ritu obtinuisse, alterum quidem communem, quem unus operabatur Episcopus; solemnem alterum, ad quem viciniores Episcopi conveniebant: Observe, inquit Garerius, geminum consecrationis modum, communem unum, de quo superiores formulae, alterum solemnem, ad quem vicini Episcopi convocantur. Talis fuit dedicatio Basilicae, quae Synodo secunda Arauxicana causam dedit. Consulendus in rem hanc Bellottus de Ritibus Ecclesie Laudunensis pag. 859. num. 5. & seqq. Neque profecto credendum est, Ecclesiam ab uno Episcopo fuisse consecratam, ceteris tantum assistentibus, cum certum sit, omnes fuisse Communitatis, & omnes fociam manum adhibuisse. Audiendum P. Martene de antiqua Ecclesia Ritibus tom. 2. postremae editionis Antverpiensis lib. 2. cap. 13. num. 5. ita scribens: Ceterum non solum uspedatores, & testes, quod forte existimabit aliquis, sed et Coadjutores, & Ministri, ad ejusmodi Ecclesiarum Dedicationes convocabantur Episcopi, in quibus suas quoque adimplebant. Idem repetit Sacerdos Joseph Catalani in suis ad Romanum Pontificalem Operis Nolis tom. 2. tit. 2. num. 9. Ut hanc, quam tractamus, materiam magis adhuc illustret, eruam quaedam Martene nonnulla producit exempla quae conditenda; quibus Nos duo superaddimus, unum ex Venantio Honorio, cui etiam Fortunati nomen tribuitur, exceptam in lib. 3. ad Felicem Episcopum de dedicatione sua Ecclesie, ubi Euphronium, Victorium, Donunium, Domitianum, & Macarium consecrationis Communitates expresse nominat, quos omnes Episcopos revera fuisse probat Broverus in Nolis ad Venantii Honorii Opus lib. 3. cap. 4. Alterum vero longe illustrius exemplum consecrationis Ecclesie Sanctae Mariae de Valle, quae contigit anno 1668. suppetit d' Acherius t. 6. Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

Peter. edition. pag. 44. ubi sic legitur: Dominus VII. Iohannes Carpentoratenfis Episcopus, sive Dominus VII. Iohannes Tolonenfis Episcopus, moniti vice Domini Rogagni Aquensis Metropolitanis Episcopi, anno Incarnati Verbi 1068. indit. 6. sub die 6. Idus Januarii hanc dedicaverunt Ecclesiam.

§. 5. Concordant ipsorum Romanorum Pontificum gesta. In actis Concilii Rhenensis sub Leone IX. legitur, ab eo fuisse peractam consecrationem Basilicae S. Rhemigii hoc, qui sequitur, modo: Dominus Papa; convocatis Episcopis... Rhenensem Archiepiscopum cum Lijoenfis Episcopo ter. IX. nam circuitionem cum Crucibus & Sanctorum Reliquiis, secundum Ecclesiasticum Ordinem, exterius constituit agere, ibique consecrationis officium adimplere; ipsi vero cum sibi necessariis remanens, interius Divini Tabernaculi sanctificationem strenue diligentique exequitur.

§. 6. Gelasius II. consecravit Metropolitanam Ecclesiam Pisanam, & uti legitur in Codice apud Ughellium in Italia Sacra tom. 3. pag. 377., consecrationi adjuvatores & consecratores interfuerunt quamplurimum Episcopi.

§. 7. Calixto II. facta fuit Ecclesie consecratio, de qua tom. 4. Gallie Christianae pag. 794. editionis anni 1056., & Pontifex consecravit Altare Dominicum, idest Majus, aliique tres Episcopi Ecclesie consecrationem peremerunt: Tunc Pontificis ipsius iussu Ecclesiam dedicaverunt.

§. 8. Alia plura cumulari possunt exempla; sed in dedicatione Urbani VIII., qui die 18. Novembris 1626. Basilicam Vaticanam consecravit, de hoc solemni Ritu loquuntur Bonanni tom. 2. Numismatum Romanorum Pontificum pag. 574., Paulus Alaleon Caeremoniarum Magister in Diario, ac Liber Turnarius Capituli S. Petri, qui in Archivo Basilicae diligenter servatur. Omnium tamen accuratissimum historiam exhibet Diarium Vaticanum a Sacerdote Francisco Speroni Romano ejusdem Basilicae Mansionario, concinatum, quod inter manuscripta celebri Bibliothecae, quam Cardinalis Renatus Imperialis in publicam Eruditorum instituit utilitatem, numeratur. Ita vero in hujusce Diari pag. 553. rei series attextur. S. Summus Pontifex Porticus Ecclesie benedictionem exoritur, fex Cardinalibus Episcopali character insignitis, nimirum Ginnasio, Peretro, Madruzio, Sabello, Lanti, ac Leni demandavit, ut extimos Templi parietes circumferrent, ac illis benedicerent; quod in ea, quae cuique obtigerat, Molis parte peractum est. Pari methodo, ut legitur pag. 359. interioribus Ecclesie muris collata benedictio; unam sivequidem Templi partem ipsemet Pontifex dicendam susceperit; aliam vero fex iisdem Cardinalibus perficiendam reliquit. Ab Altaris consecratione Urbanus abstinuit; jam enim, ut in Alaleonis Diario, & Basilicae Vaticanae adnotatur, Clementis VIII. Urbani Praedecessor Aram maximam Vaticani Templi consecraverat.

§. 9. Quodque notatu dignum est, apud Scriptores Moralis Theologiae adeo certa est Ecclesiarum dedicatio plurium Episcoporum ministerio obeunda, ut nullam de ea insituant dispensationem; sed ea supposita & admissa, ad alias questionem progrediantur. Quarunt hi apud Henriquez de Indulgentiis cap. 32. §. 1., an Episcopi, qui ad unum idemque dedicationis opus periciendum conveniunt, Indulgentiam dispensare possint majorem, & potiore ea, quam unus Episcopus consecrationis Minister conferre solet, anni scilicet unius, iis, qui consecrationis die, aut diem quadraginta, iis, qui anniversario dedicationis die recurrente, Ecclesiam visitaverint, ex cap. Cum ex eo, §. Ad hec, de penitentia & remissionibus, & cap. ad hec, eod. tit. in sexto. Porro haec Theologorum difficultio consecrationem Ecclesiarum plurium Episcoporum opere peragi posse, non tam affirmat, quam praesupponit: uti bene observat Pasqualig. de Sacrificio nove legis quest. 514. numer. 3. ubi proposita questione, an possit Ecclesia consecrari a pluribus Episcopis, retentaque affirmante opinione, haec habet: Secunda sententia esset, posse consecrari a pluribus Episcopis simul concurrentibus ad consecrationem. Ita supponunt potius, quam disputent, plures

Addantur in eandem rem Romae Pontificum gesta, & primum Leonis

Calixti II.

Urbani VIII. Basilicae Vaticanae.

Moralium Theologorum consecratio accessit.

Mucus bene dicensi, un- genda inter plures Epi- scopos conse- cratione par- titi fit est.

Urbanus exemplum in id dicitur.

Urbanus exemplum in id dicitur.

Alterum Urbanus III.

Monumen- tum dedec- tionis Ecclie- siæ & Julii- anæ ab Urba- no III. pica- ta.

Doctores, dum querunt an, quando plures Episcopi consecrant Ecclesiam, possint singuli concedere illum an- num Indulgentie, quam potest concedere, quando unus tantum consecrat. §. 10. Non ab uno ergo tantum, sed a pluribus Episcopis eisdem Ecclesie dedicatio fieri potest. Sed, cum adhuc examinandum superest, ut in hypothesi, quæ ab aliis pluribus Episcopis eisdem Ecclesie sint de- dicatio, alter ex eis solus duodecim juxta morem Cru- ces benedicere & ungere debeat, vel hoc ministerium inter eosdem dividi possit, ita ut decem ex. gr. Cru- ces ab uno consecrari possint, & reliquæ duæ ab altero, quemadmodum a Nobis factum est in consecratione Ecclesie Sancti Appollinaris, in qua decem Cruces a Cardinali Episcopo Communi, & reliquæ quæ a No- bis ipsis consecrate sunt, alia subdimit exempla, quæ sused, licite fieri posse quidquid a Nobis factum, & modo expositum est.

§. 11. Urbanus Papa II. seculo undecimo Ecclesiam Majorem consecravat Monasterii Turonensis. Sacri Ri- tus historiam describit Anonymus apud Patrem Mabilo- nium tom. 5. *suorum Annalium pag. 364. Editionis Parisiensis anno 1713.* Ea vero sic habet Rodolphus Tu- ronensis Archiepiscopus, Reliquias, quæ ad Ecclesiam translata fuerant, sub Al- tari collocavit. Ita textus Anonymi: *A Rodolpho Tu- ronensium Archiepiscopo, sub Dominico Altari, jubente Papa (Reliquia) fuerunt collocatae.* Eodem die Sum- mus Pontifex una cum Rangero Rhegensi Archiepisc. Communi, Græcum ac Latinum Alphabetum con- scripsit, Cruces inunxit, ac postremo Aram dicavit. *Qua die idem (Pontifex) ita profecit Anonymus, cum Rangero Archiepiscopo Rhegensi duplex Alpha- betum Græcum & Latinum in Basilica descripsit, & ip- sus Basilicæ parietibus Crucis signum ex oleo impavit, atque Altare Crucifixi consecravit.* Si ergo Pontifex una cum Archiepiscopo Alphabetum exaravit, si Cruces inunxit, oportet fateamur, aliquas Alphabeti Litteras, atque e Crucibus nonnullas, ipsius Archiepiscopi manu fuisse obgnatas. Ita namque ipsa textus docet Litte- ra; ita historica fuerat narratio, quæ Sacros Ritus a Pontifice, atque Episcopo conjunctim peractos, ab his segregat, quos Pontifex, nullo in Communi adhi- bito, solus profecit. Hi vero sic ab Anonymo explica- tur. *Denique Pontifex ipse Dominicum Altare, in quo ineffabile Corporis Christi Sacramentum cum multis San- ctorum Reliquiis collocatum est, ipsamque Basilicam con- secravit in honorem Sanctæ Crucis, ac Beatissime Dei Genetricis Mariæ.*

§. 12. Urbanus Papa III. in districtu Veronesi Ecclie- siam dedicavit Sancti Juliani de Lepia, seu Lepida. Duo Altaria in ea dedicatione consecrata fuerunt: unum in Cappella subteranea Sanctæ Mariæ; aliud in Ecclesia superiore Sancti Juliani. Inter Pontificem, & alios duos Episcopos Communi ministeria divisa sunt, & Episcopi Cruces benedixerunt & unxerunt: cum- que id alio modo peragi non potuerit, nisi alter ex Episcopis aliquas Cruces, & alter alias benedixisset; si enim alter Crucem nuxisset, & alius verba benedictio- nis protulisset, vel alter benedixisset & unxisset eam- dem Crucem, quam alius benedixerat, & unxerat, res undequaque absona, & ritibus Ecclesie adversa fuisset. Exemplum hoc satis aptum esse videtur rei, de qua nunc agitur, & ostendatur, non novum esse, ut in dedicatione Ecclesie, quæ sit a pluribus Epi- scopis, ministerium etiam benedictionis & consecra- tionis Crucem inter eos modo prædicto divi- datur.

§. 13. Ughellus tom. 5. *Italiae Sacre pag. 808.* Instrumentum exhibet dedicationis memoriæ Ecclie- siæ Sancti Juliani. En ejus verba; *D. Joannes Con- cordiensis Episcopus, & D. Aldemarinus Xantoniensis Episcopus, intraverunt in suprascriptam Ecclie- siam, & fecerunt aquam benedictam cum sale, ci- nire, & vino, & sanctificaverunt Altaria R. Mariæ Virginis, & S. Juliani Martyris cum aqua benedi- cta, & iterum de intus per circuitum suprascriptæ Ecclesie ritibus vicibus, & fecerunt fieri quadrivium in prædicta Ecclesia cum cinere, & scripserunt litte- rarum quadrivium de cinere, & unxerunt pedes prædi- ctorum Altarium, & mensas cum oleo exorcizato, & Crismate, & fecerunt duodecim Cruces decimus per*

circuitum istius Ecclesie. Describitur deinde delatio SS. Reliquiarum in Ecclesiam, & postremo hæc ad- duntur: *Hoc facta, D. Papa consecravit, & confir- mavit propriis manibus Altare Sanctæ Mariæ, quod est intus Truina, cum Crismate, & collocavit de Reliquiis prædictis in Altari, & confirmavit mensas altarium cum oleo & Crismate, fecit ardere quin- que grana incensæ super illam mensam, & præcepit Episcopo Concordiansi, ut collocaret Reliquias S. Ju- liani cum aliis Reliquiis in Altare, quod est foris, & consecraret illud in honorem Sancti Juliani, qui statim fecit preceptum Domini Apostolici. Hicque per transennam adnotare fas sit, Truina nomen, cujus du Cangius non meminit in suo Glossario, significare inferiorem Cappellam ad Sepulchra Sanctorum; in pra- citato quippe Instrumento Altare S. Juliani, qui erat foris, contraponitur Altari S. Mariæ intus in Trui- na. Interpretationem confirmat inscriptio ad Sepul- chrum SS. Benigni, & Chari in Agro Veronensi, quam exhibet Ughellus tom. 5. pag. 864. B. anno Domini 1314. *Indic. 12. de Mense Maii. . . incipiam fuit opus hujus Truina, & eodem anno perfectum, & de mense Novembris Pon. Pater D. Fr. Theobaldus Dei gratia Episcopus Veronensis diligenter reposuit Reliquias, seu Cor- pora SS. Benigni, & Chari &c. Derivatur forte a Trua, quæ, apud Varroem, subteraneum meatum, seu cuniculum significat ad exonerandas aquas; ex qua, Truina subteraneum specus, Nascondigio. Hinc in Vita Sancti Cæsarii Arelatensis revere, pro abscon- di, legitur lib. 1. num. 26. *An ille publico voce, ele- vatis oculis, & manibus in Cælum, dixit: Dominus Je- su Christe, ne in locum ultra Apri accessum habeant, & eadem hora usque in præsentem diem nunquam ibi tra- runt; id est absconditi sunt; quemquam Mabilionis in- terpretetur; destruxerunt; & ejus socii Maurini Pa- tres, inventi sunt, a Trair antiquo Gallico inve- nire.***

§. 14. Qui dedicationis materiam tractant Mora- les Theologi, pari fere methodo Ecclesiarum conse- crationem, atque sacramentorum naturam explicant: esse non nisi in latiori quadam significatione Ecclie- siarum dedicatio Sacramentis adnumeretur; quatenus scilicet aut Cœlestis Templi, aut animæ, quam gratia sanctificat, signum est mysticum. Itaque do- cent, Sacrum Christum, quo Cruces inunguntur, consecrationis materiam esse; formam vero consti- tuunt in hisce verbis, quæ in ipsa Crismatis un- ctione profertur; *sanctificet, & consecratur hoc Templum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; nec dissimulat, Ecclesie consecrationem ab Archiepiscopo una cum Suffraganeis perfici posse; modo unus, idemque sit Archiepiscopus, qui & Cru- ces inungit, & formam pronuntiat. Consulendus Cle- ricus de Sacrificio Missæ decisio. 41. numero 24. & sequentibus.*

§. 15. Nolumus hic sententiam modo propositam de materia, & forma dedicationis Ecclesiarum impu- gnare. Illud tantum addimus, fieri aliquando posse, ut vel in ipsa Sacramentorum administratione, si partes subiecti ab invicem sejunctæ sint, uni par- ti ab uno Ministro, alteri ab altero, materia ac for- ma seorsim applicetur, & validus & licitus sit actus. Ita Ecclesia Græca Extremæ Unionis Sacramentum a pluribus Sacerdotibus administratur, de quo supra apud Arcadium de concordia Ecclesie Occidentalis, atque Orientalis lib. 5. cap. 6., & etiam hodie modus hic administrationis Sacramenti Extremæ Unionis admitti- tur quo ad Italo-Græcos, dummodo credant, illud Sacramentum, servata debita materia & forma, ab uno Presbytero valide & licite confici, ut in Nostra Constitutione Esti Paschoralis, la 57. §. 5. num. 3. & 4. Bullarii Nostri tom. 1. in Ecclesia quoque Occiden- tali hoc ipsum olim factum fuit, quemadmodum legi potest in Nostro Tractatu de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 18. num. 5. & verisimile admodum est, rem tunc sic peractam fuisse, ut idem organum sensus non fue- rit a pluribus Sacerdotibus inunctum, nec unus Sacer- dos materiam sensui applicaverit, & alter super eo formam protulerit, sed quod singuli diversis sensus unxerint, & verba unctiois correspondentia effude- rint, Legi possunt Chardont in Historia de Sacramen- tis tom. 4. cap. 1. de Sacramento Extremæ Unionis, Car-

Truina no- men quid significat, explicatur.

Morales Theologi pari fere ratione Ecclie- siarum conse- crationem, atque sacramentorum naturam ex- plicant.

Plures cum ministri Sa- cramentum Extremæ Unionis valide con- fecrunt.

Cardinalis Gottus in Theologia Scholastico-Dogmatica tom. 4. in 3. part. D. Thomæ tom. 15. Operis quest. 3. de Ministro Extremæ Unionis dub. 2. §. 2. num. 12. Benedictus de Gaetanis in Tractatu de Suprema Unionis cap. 11. in fine. Favet modus hic administrationis Sacramenti Extremæ Unionis, Ecclie- siarum dedicationi, in qua alter ex Episcopis ali- quas Cruces inungat, & infimul preces proferat, & alter alias Cruces inungat, easque inungendo, super ipsis effundat, proferatque preces; quemadmodum bene argumentatur Pasqualig. de Sacrificio novæ Le- gis quest. 514. num. 6. Quod si subdatur, modo in Ecclesia Occidentali ab uno tantum Presbytero vali- de & licite administrari Sacramentum Extremæ Un- ctionis, id libenter admittitur, cum sic in Rituali- bus Ecclesie statutum sit; dummodo tamen admittat- tur, quod, legitima concurrente causa, etsi Ritua- lia obstant, nedum valide, sed etiam licite hodie in Occidentali Sacramentum Extremæ Unionis admini- stretur a pluribus Sacerdotibus, quorum unus utrum organum sensus inungat, proferatque formam, ali- que idem præsent super alius sensum organis: quod satis est pro re, de qua nunc agitur. Si aliqua par- tes jam fuerint unctæ ab uno sacerdote, qui ob morbum deiciat, potest alter Sacerdos unctioes reli- quas profecit, in quo, licet dividatur ministerium, adhuc valide & licite conficitur Sacramentum. Ita expresse S. Thomas in 4. Sentent. dist. 23. quest. 1. artic. 1. *questiuncula 2. ad 3. Dicendum, quod, quan- vis in Eucharistia, si post consecrationem Panis mori- tur Sacerdos, alius Sacerdos possit ad consecrationem Pini incipere, ubi ille dimisit, vel etiam incipere a ca- pite super aliam materiam; tamen in Extrema Unctio- ne non potest a capite incipere, sed debet semper procedere, quia unctio bis in eodem parte facta tantum valet, ac si consecratur bis eodem Hostia, quod nullo modo fa- ciendum est: Ita etiam Durandus ibi quest. 1., Pe- trus de Palude quest. 2. in fine, Sotus quest. 1. §. 1. *Alud tamen, Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 43. sect. 2. num. 4. & 5., afferens, esse communem sen- tentiam; Toletus lib. 7. cap. 2. num. 3. Ludovicus Meratius tom. 3. de Extrema Unctioe sect. 1. num. 4. atque ita fieri statuisse Ecclesiam, scribit Platelius cap. 3. num. 471. tom. 7., ubi forte nomine statuti Ecclesie, intelligit generalem consuetudinem. Possit etiam modo dicto dividi unctioes inter duos Sacerdo- tes ob instans periculum vite infirmi, ut sic citius ungetur, non pauci Theologi admittunt, Toletus, Sua- rez num. 8. alios citans; in quo casu, Sacramentum esse validum pro certo affirmat: Quia, ait, unitas per- sone ministrantis non est essentialis; negat vero extra necessitatem licite fieri, quia contra usum Ecclesie. Concordat Cardinalis de Laurea in 4. sentent. tom. 3. disp. 11. art. 9. num. 114., cui Nos etiam ad hæsi- mus in citato Tractatu de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 19. num. 5.**

§. 16. At repones, fuisse olim a Congregatione Ri- tuum resolutum, Consecrationem Ecclesie ab uno Epi- scopo inchoatum, si ex aliqua causa non periclitatur ex improviso casu, debere ab alio Episcopo denuo in- choari & perfici. Resolutio edita est in causa Ulyssip- onensi die 12. Aprilis 1614., ex qua intulit Episcopus Pax Jordanus tom. 1. *Lucebrat. lib. 5. tit. 9. num. 7., unum & solum Episcopum debere totam consecrationem perficere.* Resolutio, de qua mox sermo habitus est, refertur a Barbosa in Collect. docif. Apostolic. verb. *consecratio.* At idem Barbosa alibi, part. videlicet 2. *Juris Ecclesiastici lib. 1. cap. 2. num. 52. factum nar- rat, cujus occasione declaratio emanavit.* En ejus ver- ba; *Cum in Diocesi Ulyssiponensi quidam Suffraganeus Archiepiscopi, de ejus ordine & mandato, Ecclesiam quandam consecrare inceperit cum omnibus Ceremoniis descriptis in Pontificali Romano, & circa medium con- secrationis improviso accidenti correptus ipse Episcopus deficeret, & Ecclesia consecrationem perficere non potue- rit: pro parte ipsius Archiepiscopi a S. Rituum Congre- gatione questum, an ab alio Archiepiscopo Ecclesie præ- dicta incepta consecratio continuanda sit, vel potius de novo inchoanda: Quæ quidem S. Congregatio commisit prius hujusmodi articulo examinationem Illustrissimo D. Cardinali Bellarmino: qui in alia Congregatione senten- tiam suam declaravit, posse utroque modo sine scrupulo*

lo fieri, nempe, vel novo inchoare a principio, vel ip- sam captam continuare, & perficere: sed melius si- bi videri, ut de novo ab alio Episcopo inchoaretur. Et profecit narrando, quod sub die 12. Aprilis pro- positio dubio in Congregatione ordinaria, S. Congre- gatio censuit, iterum totam Ecclesiam a principio con- secrandam, quia credebatur Episcopus defecisse antequam ullam Crucem inungeret.

§. 17. Censuit ergo Cardinalis Bellarminus, Con- secrationis partem ab Episcopo deficiente factam; posse sine scrupulo continuari cum ea, quam secun- dus profeceretur Episcopus. Addit deinde, fore melius, si Consecratio de novo ab alio Episcopo inchoaretur, prout etiam Congregatio censuit: non quia timerent, multipliciter Ministri obtuturam valori Consecrationis, sed quia in casu proposito no- tabilissima intercedebat temporis interruptio; erat enim expectanda Congregationis responsio, quæ non nisi post aliquot menses ad Archiepiscopum Ulyssiponensem po- terat pervenire. Concurrente autem notabili temporis intercapedine, partes Consecr. factæ nedum a duobus Episc. sed etiam ab uno & eodem, coalescere non pos- sunt in unam & integram Consecrat. idque facit, ut possent eum Consecratio fieri debeat perinde ac si nunquam cepta fuisset; uti docent auctores ipsi, qui admittunt, plu- res Ministros concurrente legitima causa, posse inun- gere infirmum Oleo infirmorum: quemadmodum videri potest apud Ludovicum Meratium tom. 3. de Sacramen- tis disput. 10. de Extrema Unctioe num. 8., nec non concordant alii, qui admittunt, dedicationem Ecclesie- rum fieri posse a pluribus Episcopis, quemadmodum legi potest apud Pasqualigum de Sacrificio novæ Legi quest. 514. num. 9.

§. 18. Quod si queratur, quæ de causa, Nobis annuentibus, decem priores Cruces fuerunt in Con- secratione Ecclesie Sancti Apollinaris benedictæ & consecratæ a Cardinale Episcopo Communi, & ultimas duæ a Nobis; ingenue respondebimus, de nostrorum genium stabilitate timuisse in toties re- pedito ascensu & descensu per scalas, etsi tali nun- quam timore fuerimus correpti, dum in viridi æta- te constituti Ecclesias in Diocesi & Civitate Bono- niensi consecravimus, quas semper soli peregrinavi. Sed quæ in una ætate sunt, in alia fieri non possunt. En tibi, Dilecte Fili, tota, rei series, postquam tibi tunc- que Confratribus Apostolicam Benedictionem imper- timur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 16. Novemb. 1748. Pontificatus Nostri Anno Nono.

LETTERA CIRCOLARE

Della Sagra Congregazione della Disciplina, diretta a Superiori Regolari d'Italia, e dell'Isole Adjacenti, sopra il dubio; se li Confessori Regolari, non Curati, siano obligati ad intervenire alla Conferenza dei Casi Morali, ordinata dalli Vescovi nelle loro Diocesi?

ALTRE volte è stata esaminata nelle Sagre Congre- gazioni l'istanza di alcuni Vescovi, di potere a- fringere i Confessori Regolari, non Curati, a dovere inter- venire nella Conferenza de' Casi Morali, da detti Vescovi in certi giorni della Settimana destinati, e varie furono le Risoluzioni, secondo la diversità de' Casi, i quali nelle medesime furono proposti. Essendosi poi conosciuto il pregiudizio, che recava all'Osservanza della Disciplina Regolare il dovere assistere alla detta Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di- loro Officj Clausurali, e l'abuso, che, si era introdotto tra i Confessori suddetti, i quali col pretesto di dovere assistere alla detta Conferenza, non volevano indi inter- venire all'altra stabilità dalla S. me. di Clemente VIII., e dalle loro Costituzioni dentro i Chioftri: per poterli in tanto dare l'opportuno rimedio a questi inconvenien- ti, molti Procuratori Generali, specialmente quelle de i Minor Conventuali, hanno stimato cosa necessaria il dover far ricorso in questa S. C. della Disciplina, per poterne sentire la finale risoluzione, colla quale si po- tessero in avvenire togliere i contrasti. Riferissi perciò

Copie pri- orum con- secrationis partes non possunt in unam & integram Consecrat. idque facit, ut possent eum Consecratio fieri debeat perinde ac si nunquam cepta fuisset; uti docent auctores ipsi, qui admittunt, plu- res Ministros concurrente legitima causa, posse inun- gere infirmum Oleo infirmorum: quemadmodum videri potest apud Ludovicum Meratium tom. 3. de Sacramen- tis disput. 10. de Extrema Unctioe num. 8., nec non concordant alii, qui admittunt, dedicationem Ecclesie- rum fieri posse a pluribus Episcopis, quemadmodum legi potest apud Pasqualigum de Sacrificio novæ Legi quest. 514. num. 9.

Quid in causa fuerit cur Pontifex in dedicatione Templi S. Apollina- ris, non omnes Cruces bene- dixerit & consecraverit.

Dat 17. Nov. 1747. Pont. anno IX.

Occasione alla disputa.

Dubbio pro-
posto in
Congrega-
zione della
Disciplina
Regolare.

questa causa in essa S. C. dall' Eminentissimo Signor Car-
dinal Guadagni Prefetto della medesima sotto il seguente
Dubbio:

Se li Confessori Regolari, non Curati, siano, o non,
obbligati ad intervenire alle Conferenze dei Casi di
Coscienza da i Vescovi nelle di loro Chiese decolari
stabilite?

§. 2. Et essendosi, prima di dare la risposta al
Dubbio suddetto, considerato, che questa materia era
già magistratamente esaminata, e risolta a fa-
vore della Regolare nella S. C. del Concilio, nel tem-
po, in cui la Santità di Nostro Signore PP. BENE-
DETTO XIII. era Segretario della medesima, in una Cau-
sa d' Acquapendente: Pfitationis Sacrorum Liminum
12. Martii 1718., inserita nella Notificazione 15. in
al S. De i Confessori Regolari, nel Com. 5. delle No-
tificazioni, Et Editti della Santità Sua, quando era
Arcivescovo di Bologna. Fu di comun consenso risposto
al Dubbio suddetto nel dì 29. Maggio del corrente An-
no 1752.

Negative, & dantur Decreta alias in re hanc ema-
nata. Scilicet, a S. C. Concilii in una Aquipendii Vi-
sitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718. & in
Forosempronien. 12. Maii 1685. Riferita nel Foglio del-
la citata Causa d' Acquapendente. Et ex S. C. super
statu Regularium, in una Maceraten. 15. Januarii 1682.
Quali tutte si danno per extenjam non sine della presente
Lettera.

§. 3. Pòsso poi essa S. C. nel dare l'opportuno Prove-
dimento sopra l' abuso introdotto in alcuni Conventi, ne
i quali o per negligenza, o per ignoranza de i Decreti
suddetti, non vi si tiene la lezione della Morale, né vi
si fanno le Conferenze de i Casi giusta il Decreto di Cle-
mente VIII., e delle di loro Costituzioni Regolari, con
ordinario, siccome colla presente ordina a tutti Superiori
Regolari d' Italia, e delle Isole adiacenti, l'osserva, e
puntuale osservanza del citato Decreto di Clemente VIII.,
e delle di loro Costituzioni circa la Lezione della Mo-
rale, e la Conferenza de i Casi di Coscienza, da farsi
impreteribilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine,
tanto in quelli, nelli quali vi è la sufficiente Famiglia
di Religiosi, quanto ne i piccoli Conventi, dove però vi
sono Confessori Regolari approvati da i Vescovi per ascol-
tare le Confessioni dei Secolari. E col' espresa condizione,
che qual ora dentro i Chiostri non venissero eseguiti ad
unguem i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni
del loro Ordine, le quali prescrivono la Lezione della
Morale, e la Conferenza dei Casi di Coscienza, da farsi
dentro i loro Conventi, e Monasteri, in detto caso siano
tenuti, ed obbligati i Confessori suddetti Regolari d' as-
sistere, Et intervenire alla Conferenza dei Casi stabilita
dai Vescovi. S' incarica intanto a detti Superiori Rego-
lari, di fare eseguire quanto nella presente Lettera si
contiene, acciò con effetto restassero adempiti i Decreti di
Clemente VIII., e le Costituzioni dei loro rispettivi Or-
dini, le quali hanno prescritta, e stabilita la detta Le-
zione di Morale, e Conferenza di Casi, come un Punto
principale dell' osservanza della Regolare disciplina den-
tro i Chiostri: E di dover trasmettere la presente Lettera
in tutti i loro Conventi, e Monasteri, con farla ivi leg-
gere due volte l' Anno, tenerla affissa nel luogo solito, e
registrarla nelle loro Segretarie, acciò non si possa alle-
gare causa d' ignoranza in contrario. Per essere così, e
non altrimenti, l' intenzione di Nostro Signore, a cui
essendo stata fatta da Monsignor Segretario la Rela-
zione di tutto il contenuto nella presente Lettera, si
è benignamente degno di approvarlo, e di confermar-
lo. Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 8. No-
vembre 1752.

F. G. A. Card. Guadagni Prefetto,

F. Solazzi Arcivescovo di Tebe Segretario.

Ilologazione
del medesi-
mo.

Provvede-
menti per
la tenuta di
Regolari la
lezione di
Morale, e
per far loro
osservare il
Decreto di
Clem. VIII.

DECRETUM
SACRE CONGREGATIONIS
CONCILII

In una Aquipendii Visitationis Sacrorum Liminum
editum 12. Martii 1718.

IN relatione Status Ecclesie, de more ab Episcopo
Aquipendii ad hanc Sacram Congregationem transmissa,
legitur, ab eodem instituta fuisse in sua Diocesi Con-
ferentias, sive Congregationes pro discutiendis Casibus
Conscientie, que singulo quoque Mense coguntur, cuius
diligentissime interveniunt omnes Parochi, Et Sacerdotes,
quibus fidelium Sacramentales Confessiones commisse sunt,
Et reliquis Ecclesiasticorum Ceteris.

In eadem Relatione habetur, quatuor esse Conventus
Regularium in Civitate Aquipendii, Augustiniano-
rum videlicet, Minor Conventualium, Et PP. Mino-
rum Observantie, Et Religiosos in istis degentes sepe
septies non esse in numero a Sandionibus Apostolicis pre-
scripto.

Rursus in citata legitur Relatione, alias quinque esse
Religiosorum Conventus in Diocesi, duos PP. Minorum
Observantie, alterum in Terra Canini, alterum in Terra
Farnesi, ubi pariter existit Conventus Capucinorum, quartus
Conventus est ille Servorum Beate Marie Virginis,
qui est in Terra Ischia, Et postremus est Conventus Car-
melitarum in Oppido Cellularum, qui est Episcopali Vi-
sitationi subiectus.

Tandem in Relatione, aliis pretermissis dubiis, que
specialem non merentur discussionem, proponit Episcopus,
an, Regularibus, qui suorum Subditorum Confessiones au-
dire cupiunt, liberum sibi sit licitam, conditionem in
concedendis facultatibus injungere, inoffensam videlicet
mensuris Disciplinaryibus, Et Congregationibus Casuum
Conscientie.

Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non
esse novum: clar. etenim mem. Card. de Luca in adno-
tationibus ad Concilium Tridentinum discors. 2. num.
12. dixit, id futurum esse maxime profectum, cum,
ut Episcopus perpessus habet opinionem omnium suorum
Confessariorum, tum, ut quantum possibile est, uniformis
sit Confessariorum doctrina in materia morum, Et signan-
ter Conventuum, in qua sepe sepius Theologi dissentant
a Theologis, Et a Canonibus: quibus addi possent, Col-
lationem hanc omnium Confessariorum, tam Secularium,
quam Regularium, futuram esse non inutilem pro anima-
rum unione; juxta ea, que habentur in actis Ecclesie
Mediolanensis tomo 1. par. 4. in Instrum. Confess. pag.
647. Ideo Regularium Superiores Confessarios suos sa-
pius moneant, Et ad hanc animorum unionem in Fide-
lium edificationem adhortentur, carente in primis,
ut dum in Casuum resolutione, diversa inter eos, Et
Parochos sententia fuerit, prudenter in eos se gerant,
& ad Latorum notitiam id non veniat, sed ad Nos pro
Decisione recurrant.

Negative e contra favent opinioni ea, que sequun-
tur. Primo, quod Episcopus Confessariorum Regula-
rium Doctrinam perspectam habere potest in examine,
quod illorum approbationem precedit, ad terminos Sa-
cra Concilii Trident. sess. 23. cap. 15. de Reformat. Se-
cundo, quod in Decretis pro Reformatione Regularium
editis a Clemente Octavo prescribitur, quod in singulis
Monasteriis, Et Conventibus bis in hebdomada habeatur
lectio Sacre Scripture, vel Casuum Conscientie, ad quam
Fratres omnes convocare tenentur: Tertio, quod hic in
Urbe, in decem Et septem Conventibus sunt Congrega-
tiones Casuum Conscientie, illique interveniunt Parochi
tantummodo, Et Confessarii ex Clero Seculari, non vero
Regularis, in quorum Conventibus predictis casuum
lectiones habentur; Quarto tandem, quod ab hac Sacra
Congregatione die 12. Maii 1685., uti habetur lib. De-
cretorum 35. fol. 238., prodit hac resolutio in quadam
Causa Forosempronien. Accessus ad Congregationem Ca-
suum Conscientie.

Episcopus exponit, in Civitate Forosempronien.
duo adesse Regularium Conventus, unum scilicet Mi-
norum Conventualium S. Francisci, alterum vero
Barnabitarum, que propter exiguum Religiosorum nume-

Decret. 5.
Congreg.
Conc. de
quo sup.

numerus inibi degentium, subiecta sunt jurisdictioni
Ordinarii ex Decreto San. mem. Innocentii X. inci-
pente, Ut in parvis, & licet dicti Religiosi hujusmo-
di subjectionem agnoscant, atque patiantur, quo ta-
men ex eis Secularium Confessiones, eodem Ordinario
approbante, excipiunt, ad Congregationem Casuum
Conscientie, que singulis Mensibus habetur, cuique
Confessarii omnes interfunt, accedere renuunt; quo
circa petit declarari, an predictos Confessarios Regu-
lares cogere possit ad interessendum præfate Congrega-
tionis Casuum Conscientie? Sacra Congr. &c. Respon-
dit: Negative.

Hic possit, onus erit EE. VV. decernere.
An in casu, de quo agitur, permittum esse va-
leat Episcopo concedendi Sacerdotibus Regularibus fa-
cultatem audiendi Confessiones Secularium, injunge-
re, ut interfunt Congregationibus Casuum Conscien-
tie?
Negative: Et decretum in Foro sempronien. 12.
Maii 1585.

DECRETUM
SACRE CONGREGATIONIS

Super Statu Regularium in una Maceraten. 15.
Januar. 1682. editum.

Alterum &
Congrega-
tionis super
statu Regu-
larium.

CUM Conventus suppressi, Et postea restituti, in qui-
bus non degunt de Familia duodecim Religiosos,
sunt vigore Decreti: Ut in parvis sel. rec. Innocentii X.
subiacti Visitationi, correctioni, Et omnimode Jurisdic-
tioni Ordinarii Locorum, contigit dubitari, an Re-
ligiosos degentes, Et non Parochi, in hujusmodi Con-
ventibus degentes, compelli possint ab ordinariis,
ut accedant ad Confessionem Casuum Conscientie?
Proposito hoc Dubio in Sac. Congregatione super Statu
Regularium habita in Palatio Vaticano die 25. Januarii
1682. Eminentissimi PP. censuerunt, Ordinarios Locorum
posse quidem hortari, non autem compellere predictos
Religiosos Confessores, non Parochos, ad decedendum
ad Conferentiam Casuum Conscientie.

DECRETUM
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPE XIV.
IN CAUSA
POLONA, SEU LUCEORIEN.

Beatificationis, seu declarationis Martyrii Vener. Servi
Dni ANDREE BOBOLA Sacerdotis Professi
Societatis Jesu.

Dubbium pri-
mo in Cons-
gregatione
Ritu pro-
positum.

Proposita in Congregatione Generali Sacrorum Ri-
tuorum coram Nobis habita die 13. Maii 1749. Cau-
sa Beatificationis, seu Declarationis Martyrii Vener. Ser-
vi Dei Andree Bobola Sacerdotis Professi Societ. Jesu,
disputatoque dubio sequentibus verbis concepto: An
confessio de Martyrio, Et causa Martyrii, nec non de Si-
gnis, seu Miraculis, in casu, Et ad effectum Sac. in
sequens a Nobis editum fuit responsum die 22. ejus-
dem mensis, Et anni: Non consistere videlicet de Mar-
tyrio, Et causa Martyrii, per probationes directas, per
Testes videlicet de visu testes idoneos, Et aptos,

Ejusdem
resolutio.

juxta Congregationis præmissi, Et Sedis Apostolicæ insti-
tutum. Sed insum Postulatoribus concessum est, ut in
alia Generali Congregatione dubium supradictum ite-
rum proponere possent, & Causam, in eo quod atti-
net est Martyrium, & causam Martyrii, profecti per
viam subsidiariæ probationis in suo genere perfectæ: &
in eodem supradicto responso nonnulla alia addita fue-
runt, que fuerant a Postulatoribus omnia, & quæ de-
mandatum fuit, ut ab ipsis implerentur.

§. 2. Ad prædicti responsi tramites, derelicta a Po-
stulatoribus via directæ probationis, aliaque inita subsi-
dialiæ probationis super Martyrio, & causa Martyrii;
ceterisque admissis adimpletis, que adimplenda in
supradicto responso præscriperamus; cum in alia Con-
gregatione Generali Sacrorum Rituorum coram Nobis
habita die 26. Novembris 1754. ab ipsis fuerit iterum
proposita Causa Beatificationis, seu Declarationis Mar-
tyrii Vener. Servi Dei Andree Bobola Sacerdotis Professi
Soc. Jesu, iterato fuerit disputatum dubium: An
confessio de Martyrio, Et causa Martyrii, nec non de Si-
gnis, Et Miraculis in causa Sac. in eadem accessum
ad Congregationem tum Scripture Postulatorum, tum
etiam Consultorum omnium suffragia, Nobis juxta
morem scripto exhibita, a Nobis diligenter perlecte
fuissem, & singula rationum momenta a Procuratori-
bus, & Advocatis viva quoque voce coram Nobis ex-
posita propriis auribus excepissemus, & Congregationi
deinde dicta die interessantes, omnia & singula, que
a Venerabilibus Fratribus Nostri Cardinalibus prædicte
Congregationis additis deducta sunt, audivissemus, &
Nostri tamen promovenda sententia tunc abstinimus,
& interessentes rogavimus, ut suis precibus a Patre
luminum humiliter peterent, & Nobis præsto esse,
memerunt Nostri illustrare dignaretur, antequam
super proposito dubio responsum a Nobis ederetur.

§. 3. Post hæc, aliorum precibus Nostri, quoque
conjunximus, resumptoque negotio, & omnibus ite-
rum mature perpensis, habitaque potissimum ratione
tercentum iere Testium in Processibus tum Ordinariis,
tum Apostolicis juridice examinatum, qui de Mar-
tyrio, causaque Martyrii, & perseverantia finali, erit
uno, aut altero exceptis, qui sunt de visu, fe auditu
deponentes, moralem constituunt certitudinem, que,
si non impossibile, imprudens tamen redderet iudicium
de opposito; inherentes etiam suffragia Consultorum,
& Cardinalium Congregationis Sac. Rituum adscripto-
rum, qui in mox exponendam, in sufficienti, juxta
morem ejusdem Congregationis, numero, sententiam
deyenerant, Divino iterum in Sacrosancto Missæ Sacri-
ficio ferventissime implorato præsidio, Decretum edi-
mus, quod Secretario Congregationis propriis manibus
consignamus, in quo statuimus, & declaramus, Mar-
tyrium, & causam Martyrii Vener. Servi Dei Andree Bo-
bola Sacerdotis Professi Societatis Jesu ita probari, ut
tuto procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussio-
nem, & approbationem quatuor Miraculorum, juxta
formam Decreti Generalis die 23. Aprilis 1741. enun-
ciati in super memorato responso Nostro edito 22.
Maii 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die
9. Februarii 1755. Pontificatus Nostri anno Decimo-
quinto.

D. F. Card. Taburinus Prof.

Loco + Plumbi.

M. Marefascus S. R. C. Secr.

Item
ejusdem
dubii exa-
men ex pro-
cedendi
martyrium
& causam
Martyrii per
viam sub-
sidiariæ pro-
bationis.

Dat. die 9.
Febr. 1755.
Pont. XV.

EPISTOLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPAE XIV. ad Reverendissimum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononiensem Archiepiscopum, de S. Philocali Martyris Corpore.

Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio Malvetio Bononie Archiepiscopo. BENEDICTUS PAPA XIV. Dilecto Filii Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

S Oror Imelda de Lambertinis Montalis Professa in isto S. Mariae Novae Monasterio, utpote Filia Nostra quondam Fratris Joannis Lambertini Senatoris, Nostri etiam Neptis est secundum carnem ut Pontificio dicendi genere utamur. Ea cum a Nobis, ex religio animi studio postulasset, ut alicujus Sancti Corpore in interiori Monasterii sui Ecclesia collocando donaretur, haudquaquam respondimus perinde, ut duo ex Praedecessoribus Nostri Gregorius IV., & Clemens itidem IV. responderunt, se videlicet non habere, unde piis hujusmodi precibus satisfacere. Tunc enim Romae non omnia sacra Caemeteria fuerant detecta, quae deinceps alia aliis temporibus detecta sunt; quemadmodum Ipsi Nos post celeberrimum Virum Joannem Mabillonium animadvertimus in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. & 12. sed cum feliciter accidisset, ut nonnullae apud Caucubios haberentur insignes Reliquiae, nonnullae quoque Sanctorum Corpora ea Caemeteriis, seu Catacumbis praedictis eruta, unam selegimus quod in Urna sacra sigillis clausa honorifice, ut par est, reconditum, & non sine multa diligentia custoditum, Bononiam transmittimus, ut in praedicta Ecclesia decenter reponeretur; quam quidem Urnam ad hunc finem in tuas manus prius deferendam curavimus, ut tu eam postquam recepisset, ad praefatum Monasterium mittas cum debita veneratione; simulque praesens velis, quando eadem in loco sibi destinato collocabitur. Cultus enim sacrarum Reliquiarum una est ex Paenitentibus curis, quas Sacra Tridentina Synodus Episcoporum solertia vult esse commendatas. Cum tu caetera Pastoralis officii munera diligentissime adimpleas, id quod Nobis est maxima causa laetitiae, non dubitamus, quin idem facturus sis in hac quoque re, quam nunc tuae sollicitudini committimus. Ut autem ea, quae de hoc Sancto Corpore sciri potuerunt, omnia comperta habeas, ne tibi grave sit legendo percurrere, quas contigit Nobis in hoc argumento sive conjecturis, sive librorum studio notitias coadunare.

§. 2. Sanctum Corpus, quod isthuc transmittimus, erutum fuit ex antiquo Pontiani Caemeterio foris Portuensem Portam quingentis circiter passibus procul ab Urbe, quod alio nomine appellatur tunc Caemeterium SS. Abdon, & Sennen, nunc vero etiam ad Ursam Pileatum propter quamdam Ursi Statuam ibidem olim erectam. De hujus porro Caemeterii sive antiquitae, sive religioso cultu, agunt satis superque tum celebris vir Paulus Arringhius in sua Roma subterranea Tom. 1. lib. 2. cap. 19., tum diligentissimus Canonicus Marcus Antonius Boldetti in suo Opere, cui titulus: Osservazioni sopra i Cimiteri de' SS. Martiri, e d'altri Antichi Cristiani, Tom. 2. pag. 549. Cum autem sacrum Corpus, de quo sermo est, repertum sit cum Vasa sanguine resperso, nihil certius desiderari potest, ut, juxta rigidioris Criticae leges vel severissimas, tuto affirmari queat, Corpus hoc, sive Ossa, procul dubio esse Corpus atque Offa unius alicujus, qui pro Christi Fide Martyrium passus est: de qua re uberius & fusius disseruimus tum in citato Opere Nostro de Canonizatione Sanctorum l. 4. part. 2. cap. 27. a num. 22. usque ad finem; tum etiam in Epistola Bononiae typis edita, quam 12. Kalend. Maii anno 1745. ad istius Ecclesiae Metropolitanae Capitulum dedimus, simul cum S. Proci Corpore, quod in S. Thraonis Caemeterio repertum fuerat.

LETTERA DELLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNOR BENEDETTO PAPA XIV. al Signor Cardinal Vincenzo Malvezzi Arcivescovo di Bologna, sopra il Corpo di San Filocalo Martire.

Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio Malvetio Bononia Archiepiscopo. BENEDICTUS PAPA XIV. Dilecto Filii Noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

LA Madre Suor Imelda Lambertini Monaca Professa in questo Monasterio di Santa Maria Nuova, come figlia del fu Senatore Giovanni Lambertini Nostro Fratello, e Nostra Nipote secundum carnem, usando il linguaggio Pontificio. Avendoci essa fatta una divota premura per avere un Corpo Santo da collocare nella Chiesa interiore del suo Monasterio, non le abbiamo risposto, come risposero i due Nostri Praedecessori Gregorio IV., e Clemente IV., che non avevamo il modo di compiacere simili richieste: imperochè nel tempo loro non erano scoperti tutti i Sacri Cimiteri, o siano Catacombe, che dipoi si sono andate scoprendo; come dopo il celebre Padre Mabillon, è stato da Noi osservato nella Nostra Opera de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. e 12. Ma essendo per buona sorte ritrovate appresso i Custodi alcune insigni Relique, ed alcuni Corpi estratti dai Luoghi predetti, ne abbiamo selto uno, che abbiamo fatto rinchiudere in una Sacra Urna, che mandiamo ben custodita a Bologna, acciò sia decentemente collocata nella predetta Chiesa. L'indirizziamo a Lei, acciò abbia la bontà di riceverla, e di trasmetterla colla dovuta decenza al Monastero, pregandola anche ad assistere alla collocazione della stessa nel luogo, che sarà preparato, essendo la decenza collocazione delle Reliquie una parte delle Pastoralis sollicitudini imposta dal sacro Concilio di Trento al Vescovo. Siamo sicuri, che adempiendo Ella con tanta esattezza le altre cure Pastorali, il che è di una nostra grandissima consolazione, non lascerà di fare lo stesso in quella, che ora le commettiamo. Ed acciò non le manchi veruna notizia di quanto appartiene al Corpo Santo, che trasmettiamo, avrà la sofferenza di leggere quanto in questo proposito abbiamo potuto considerare, e radunare.

§. 2. Il Corpo Santo, che trasmettiamo, è stato estratto da un Cimiterio, che è fuori di Porta Portese un mezzo miglio in circa, e che è l'antico Cimiterio detto di Pontiano, altre volte anche chiamato Cimiterio SS. Abdon & Sennen, ed altre volte ad Ursam Pileatum per la Statua di un Orso ivi collocata. Quanto all'antichità, e venerazione di questo Cimiterio, basta vedere il celebre Paolo Arringhius nella sua Roma subterranea al t. 1. lib. 2. c. 19., ed anche il diligente Canonicus Marco Antonio Boldetti nelle Osservazioni sopra i Cimiteri de' Santi Martiri, e d'altri antichi Cristiani di Roma al Tom. 2. pag. 549. Ed essendosi ritrovato il sacro Corpo, che trasmettiamo, col Vaso tinto di sangue non v'è cosa più certa, che aderendo al parere de' Critici più severi, per poter sicuramente asserire, che il Corpo, o siano le Ossa, sieno il Corpo, e le Ossa di uno, che per la Fede di Cristo ha sopportato il Martirio. Di tutto ciò si è da Noi diffusamente trattato nella citata Nostra Opera de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. dal num. 22. sino al fine, ed anche nella Nostra Lettera del 20. di Aprile 1745. stampata in Bologna, ed indirizzata al Capitolo di questa Metropolitana, quando trasmettemmo il Corpo di S. Proco, ritrovato in questo Cimiterio di San Trafone.

Flo desidero di suor Imelda Lambertini di ottenere un Corpo Santo alla di farsi in un luogo della Chiesa del Monasterio.

Cemeterio del quale è stato corato il Corpo suddetto.

§. 3. Nomen huic Sancto Philocalus est, quod perinde sonat atque amans pulchri, non quidem in eo sensu, quatenus pulchrum apud Latinos idem est ac formosum; sed quatenus per decoro saepe explicatur atque eodem, & indecoro seu turpi contrarium est. Atque hinc fortasse quis dubitare queat, utrum Philocali nomen sit huic Sancto proprium, an potius appellativum. Sanctis enim Corporibus, quae a Catacumbis extrahuntur, solet interdum nomen aliquod appellativum imponi, Justi videlicet, Candidi, Viroris, & similia. Nos non ignoramus laudabilem hujusmodi consuetudinem. Nos de illa egimus in supradicto capite 27. & seq. Nos adversariorum oppositionibus satisfecimus, qui falso criminabantur id legitimum Sanctorum cultui obesse, & magno pietati ac Religioni detrimento esse; Nos superius allatam hujus vocis Philocalis explicationem ultro recipimus: Erat autem illis in diebus Archimedicus regionis Hollandinarum, vir Philocalus; ac devotus pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonderdank: ut habetur in Vita S. Liduvina a Bollandianis edita Tom. 2. Aprilis die 14. nihil tamen minus affirmare omni cum veritate possumus, nomen Philocali haudquaquam appellativum esse in hoc casu, sed omnino proprium hujus Sancti; neque enim raro contingere solet, ut idem nomen alias appellativum sit, alias proprium. Atque id non aliunde, praequam ex circumstantiis eruitur potest, utro modo scilicet, appellative ne, an proprie, accipi debeat. Ut caetera exempla silentio praeferamus, peripicuus est & hoc, & evidenter constat in supra indicatis nominibus Justi, Candidi, & Viroris, quae cum sint appellativa, Sanctisque ignotis, sive Baptizatis, quorum Corpora ex Caemeteriis eruntur, imponi communiter soleant, sunt etiam peculiariter propria multorum Sanctorum, qui sub hoc non appellativo, sed proprio eorum nomine, Justi videlicet, Candidi, & Viroris, in Martyrologio Romano enunciantur.

§. 4. Sed sermonem ad hoc Philocali nomen contrahentes, ac missa facientes profana monumenta, in quibus facile occurrere potest tanquam proprium Philocali nomen, ut videre est in clarissimi Muratorii Thesuro Inscriptionum Tom. 2. & stando intra limites, historiae tantum sacrae, animadvertimus, unum ex Episcopis, qui anno 325. in prima Nicaena Synodo Fidei definitioni contra Arium subscriperant, fuisse Philocalum quemdam Episcopum Panoadis in Provincia Phoeniciae primae, ut constat ex Tom. 1. Conciliorum Collectionis Harduini col. 314. D. & ex P. le Quien Tom. 2. Orientis Christiani pag. 831. B. Notandum invenimus inter Episcopos, qui anno 449. in pseudo-Concilio Ephesino, seu latrociniali, subscriperunt condemnationi Sancti Flavianii, Philocalum alium Zagilensem Episcopum in Lybia, ut constat ex Actis praedicti Concilii Tom. 2. col. 86. D. col. 268. C. col. 272. B. ejusdem Collectionis, atque ex citato P. le Quien pag. 363. C. Legimus denique S. Philocalum Martyrem Alexandrinum die 21. Martii enunciatum in celebri Martyrologio per Florentinum edito, atque illustrato, consonant caetera D. Hieronymi Martyrologia apud Bollandianos Tom. 3. Martii pag. 529. die 21. quae etiam vide consulti potest Francis Mariae de Aste Archiepiscopi Hydruntini Disceptatio in Martyrologium Romanum, nota E.

§. 5. Ex eo quod reperitur, ut ostendimus, in relatib Martyrologiis S. Philocali nomen, non propterea inferre volumus, Corpus S. Philocali, quod nunc Bononiam transmittimus, esse idem cum Corpore S. Philocali, de quo mentio fit in mox laudatis Martyrologiis. Sanctus enim Philocalus noster Romae obiit, utpote qui in uno ex Romanis Caemeteriis sepultus condebatu cum signo Martirii: alter vero, de quo mentionem faciunt supra citata Martyrologia, procul ab Urbe Roma, nempe Alexandriae in Aegypto, passus, procul item sepultus fuit. Sed nomina Episcoporum, quid Concilio Niceno, & Ephesino Conciliabulo subscriperunt, sub hoc nomine Philocali, nomen quoque S. Philocali M., de quo praefata Martyrologia Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

§. 3. Il nome del Santo è Filocalo, che significa Amante del bello, non di quello, che i Latini dissero pulchrum, ma piuttosto di quello, che chiamarono decorum, e che si oppone all'indecorum, o sia turpe. E questo Santo da ciò qualcheuno potrebbe essere indotto a sospettare, che il nome di Filocalo non fosse nome proprio del Santo, ma nome appellativo; essendo cosa praticata, che ai Corpi de' Santi, che si estraggono dalle Catacombe, s'imponga qualche volta qualche nome appellativo, come di Justo, di Candido, di Vittore. Noi siamo informati di questo costume; Noi ne abbiamo trattato nel Nostro sopradetto cap. 27. num. 12. e seq. Noi ne abbiamo espolti i fondamenti, ai quali è appoggiata questa disciplina: Noi abbiamo risposto alle obbiezioni di chi falsamente diceva, che ciò pregiudicava al Culto de' Santi; Noi ammettiamo l'intelligenza di sopra riferita della parola Filocalo: Erat autem illis in diebus Archimedicus regionis Hollandinarum, vir Philocalus, ac devotus pauperum zelator magnus, nomina Godefridus, cognomine Sonderdank: come si legge nella Vita di S. Liduvina, stampata nel tom. 2. dell' Aprile de' Bollandisti al giorno 14. ma, tutto ciò non ostante, possiamo assicurare, che il nome di Filocalo è nome proprio del Santo, e non è in veruna maniera nome appellativo; essendo frequenti gli esempi di uno stesso nome, che alle volte è proprio, ed altre volte è nome appellativo: dipendendo dalle circostanze lo stabilire, a quale delle dette due classi debba il nome riferirsi. Ciò si vede, per lasciare tanti altri esempi, nei nomi di Justo, Candido, e Vittore, che sono i nomi appellativi di sopra indicati, che si mettono ai Corpi estratti dalle Catacombe, e che però volgarmente si dicono Santi Battezzati: essendovi nel Martyrologio Romano molti Santi col nome di Justo, e di Candido, e di Vittore, che era nome proprio di loro, e non appellativo.

§. 4. Ma, registrando il discorso al nome di Filocalo, non vogliamo entrare ne' monumenti profani, ne quali ci sarebbe facile il ritrovare il nome di Filocalo, come nome proprio, nel qual proposito basta dar mano al tom. 2. del Tesoro delle Iscrizioni raccolte dal celebre Muratori. Ci restringeremo ai monumenti sacri, diremo, ritrovarsi fra i Vescovi, che nel primo Concilio Niceno tenuto l'anno 325. sottoscrissero la definizione della Fede contra Ario, Filocalo Vescovo de Panoadis nella Provincia di Fenicia prima, come può vedersi nel tom. 1. de' Concilii della Collazione dell' Arduino col. 314. D., e nelle Quien tom. 2. Orientis Christiani pag. 831. B. Diremo, ritrovarsi fra que' Vescovi, che nell'anno 449. nel secondo Concilio latrocinale Ephesino si sottoscrissero alla condanna di S. Flaviano, un certo Filocalo Vescovo Zagilense nella Libia, come può vedersi negli Atti del detto Concilio nella Raccolta dell' Arduino tom. 2. col. 85. D., col. 268. C., col. 272. B., e nel citato le Quien pag. 363. C. Diremo finalmente, ritrovarsi ai 21. di Marzo nel celebre Martyrologio pubblicato ed illustrato dal Fiorentini un S. Filocalo Martire in Alessandria; e concordano gli altri Martyrologi Geronimiani nel tom. 3. de' Bollandiani nel Mese di Marzo pag. 529. al giorno 21. del detto Mese: e sopra lo stesso giorno 21. di Marzo può vedersi l' Arcivescovo d' Otranto Francesco Maria d' Aste nella sua Dissertazione sopra il Martyrologio Romano sotto la nota E.

§. 5. Coll' aver Noi osservato nei predetti Martyrologi il nome di S. Filocalo, non intendiamo di asserire, che il Corpo di S. Filocalo, che ora trasmettiamo a Bologna, sia di quel S. Filocalo, di cui si fa menzione ne' citati Martyrologi; essendo morto il nostro in Roma, essendo stato il suo Corpo ritrovato colle divise del Martirio in uno di questi Nostri Cimiteri, ed essendo stato l' altro, di cui parlano i citati Martyrologi, martirizzato lungi da Roma, e lungi da Roma sepolto, cioè in Alessandria di Egitto. Ma abbiamo commemorati i nomi de' Vescovi sottoscritti al Concilio Niceno, ed al Conciliabolo Ephesino, col nome di Filocalo, ed il Santo Martire Filocalo, di cui si fa menzione ne' Martyrologi indicati, per far vedere, Non è però il medesimo il nostro. K k che

Cemeterium, ex quo illud eratum fuit.

Non idem tamen noster Philocalus cum illis.

Non è però il medesimo il nostro.

sermonem habent, ideo recensere placuit, ut innotesceret, nomen Philocali, est aliquando appellativum, apud Christianos fuisse quandoque etiam proprium cum nimis a veritate alienum sit, quod quis alio nomine, quam proprio, Conciliis se subscribat; & quod in Martyrologiis alicuius Sancti nominatum mentio fiat, proprio nomine non indicato.

§. 6. Fatemur quidem, non satis esse hoc ad plenam Nostram argumenti probationem faciendam; neque enim sufficiens ratio est ad hoc probandum, quod nomen Philocali saepe usurparum sit in significatione propria & nullo modo appellativa; sed necesse est præterea illud evincere, quod nomen hoc non tam probum revera illius Sancti sit, cujus Corpus Bononiam transmittimus; quod putamus comprobari posse evidentem.

§. 7. Corpus hujus Sancti non fuit repertum in Catacumbis sine nomine, neque Philocali nomen illi impositum est, ne remaneret sine nomine, Sepulchro ubi factum Corpus tumulabatur, inscriptum erat nomen Philocalus hicemmet verbis; Philocalus in pace. Cum autem nomina sepulchris inscribantur ad indicandam personam, quæ ibi sepulta est; facile intelligitur, nomen Philocali inscriptum sepulchro hujus martyris esse non posse appellativum, sed esse nomen proprium ejusdem, adeoque Sanctum Corpus, quod Bononiam mittimus, esse Corpus S. Philocali, qui pro Christi Fide Martyrium passus est; quod non solum probant illa verba in pace, quæ, ut habent veteres Inscriptiones in Catacumbis reperta, Martyribus communia sunt æque ac Christifidelibus ibidem sepultis; sed eruitur ex Vase sanguinis, signo indubitato Martyrii, quod pro Christo martyr sustulit, ut Nos quoque adnotavimus in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. c. 27. numer. 26.

§. 8. Divinarum Scripturarum explanatoribus & Cornelio a Lapide in primis, Augustino Calmet, Joanni Baptistæ du Hamel, Nostro quoque bonæ memoriæ Vincentio Ludovico Cardinali Gotti in tom. 5. Veritatis Catholice Religionis cap. 3. par. 2. num. 2. in vestigandum reliquimus, utrum Theophilus ille, de quo sermo habetur in cap. 1. Act. Apostol. — Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ capit Jesus facere & docere — esset unus aliquis hoc proprio nomine insignitus; an potius sub Theophili appellativo nomine intelligi debeat quicquid cum Deo charitate conjungitur, Nobis satis est potuisse demonstrare, Philocali nomen hic proprium omnino esse, non appellativum. Propterea te paterno cordis affectu etiam atque etiam complectentes, tibi, Dilecte Fili Noster, tuoque Gregi, quem tanta cum laude moderaris, & cui tandiu præesse Nobis quoque contigit, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maii 1755. Pontificatus Nostri anno Decimoquinto.

Datum 20. Maii 1755. Pont. XV.

che se alcune volte il nome di Filocalo ha fatta la figura di nome appellativo, appreso i Cristiani è stato altre volte adoprato come nome proprio: essendo impossibile, che chi si sottoscrive ad un Concilio, non si sottoscrive col nome proprio: e che ne' Martirologi, volendosi far menzione di un Santo, indicando chi era, non si faccia coll'èprimere il di lui nome proprio.

§. 6. Conosciamo, che ciò non basta per la compiuta ed adeguata prova del nostro assunto, non bastando per l'effetto, di cui si tratta, l'aver dimostrato, che il nome di Filocalo è stato più volte usurpato come nome proprio, e non come appellativo. E assolutamente necessario, che si dimostri esser nome proprio, ed esser tale quello, con cui vien chiamato il Santo, il di cui Corpo, trafrmettiamo a Bologna. Ma Noi crediamo poterli ciò evidentemente comprovare.

§. 7. Non è stato ritrovato il Corpo Santo nelle Catacombe senza nome, nè il nome di Filocalo gli è stato dato, per non lasciarlo senza nome. Il nome di Filocalo era impresso nel Sepolcro, in cui giaceva il Santo Corpo, e le parole erano le seguenti: Philocalus in pace. E mettendosi i nomi ne' Sepolcri per additare chi in esso è sepolto, vi vuole poco a comprendere, che il nome di Filocalo posto nel Sepolcro del nostro Martire, non può essere nome appellativo, ma che è vero nome di lui proprio, e che il Corpo, che trafrmettiamo a Bologna, è il Corpo di S. Filocalo martirizzato per la Fede di Cristo: comprovandosi il di lui Martirio non già dalle sole parole in pace, che nelle antiche iscrizioni, che si trovano nelle Catacombe, sono comuni ai Martiri, ed ai Cristiani in esse sepolti; ma dal Vaso intinto di Sangue, che è la cetta divisa del Martirio sofferto per Cristo: il che anche da Noi è stato avvertito nella Nostri Opera de Canonizatione Sanctorum lib. 4. cap. 27. num. 26.

§. 8. Lascieremo agli Interpreti delle Divine Scritture, e particolarmente a Cornelio a Lapide, al Calmet, al du Hamel, ed anche alla buona memoria del Nostro Cardinale Gotti nel tom. 5. della Verità della Cattolica Religione al cap. 3. pag. 2. n. 2. 1. degli Atti degli Apostoli — Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ capit Jesus facere, & docere — fosse una particolare persona, che avesse il detto nome, o pure se quel Teofilo fosse nome appellativo, indicante chiunque è amico di Dio, e ci contenteremo d'aver provato, che Filocale nel caso Nostro è nome proprio. Ed abbracciandola con pienezza di cuore paterno diamo a Lei, ed a quel Grege, che ella con tanta edificazione governa, ed a cui per tanti anni Noi stessi abbiamo presidiato, l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maji 1755. Pontificatus Nostri anno Decimoquinto.

Dignata sopra il nome di Teofilo, che si ritrova negli atti degli Apostoli.

DECRETUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPE XIV. IN CAUSA NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei PAULI BURALIS S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.

Congregatio Generalis Sacrorum Rituum habita fuit coram Nobis die 27. præteriti mensis Januarii, & in Causa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati propositum fuit dubium sequentibus verbis conceptum: An confus de Virutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, &c.

§. 2. Congregationi intervisum, nec ad eam impari accessimus; accessimus enim post perfectas Scripturas & Informationes tum Postulatorum, tum Fidei Promotoris, post lecta Consultorum Congregationis suffragia Nobis præcedenter juxta morem in scriptis exhibita, post auditas Advocatorum Causæ verbales informationes. In ipsa Congregatione propriis auribus audivimus sententias Dilectorum Filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum adscriptorum, quas super prædicto dubio oretenus protulerunt; sed nullam a Nobis editum fuit responsum, ut, secundis adhibitis curis, porrextisque Deo Optimo Maximo jugibus precibus, opportuniore tempore Nostram eadem super propositum dubio sententiam.

§. 3. Dum in minoribus Promotoris Fidei munere fungebamur, animadvertimus, plures in Causa Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis confectos fuisse Processus auctoritate Ordinaria, & Apostolica, nec unquam fuisse examinatam, multoque minus approbatam validitatem Processuum auctoritate Ordinaria confectorum, Cajetani videlicet, Placentini, & Neapolitani, ex quo non exiguum integritatis, & valori probationum dampnum derivabat; Testes enim in dictis Processibus examinati, qui, attentio eorum numero, fide ipsorum dictis debita, administris quibus eorum attestaciones erant roboratæ, consonantia cum Testibus examinatis in Processibus Apostolicis, probationis gradum attingere potuissent, si validitas Processuum, in quibus fuerant examinati, fuisset discussa & approbata; Cessantibus discussione & approbatione validitatis, solius adminiculi vim & robur poterant obtinere, juxta Congregationis proximè de qua in nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 2. cap. 5. Sed, cum in toto Causæ decursu nulla de validitate Processuum promoti fuisset indago, necessarium esse existimavimus sedulo inspicere, an validè vera essent memorati Processus auctoritate Ordinaria confecti, & an omisso examinis involuntariæ quodammodo negligentia esset adscribenda, vel potius derivasse dicenda esset ex metu, quod eorum validitas approbari non posset.

§. 4. Ut id autem in aperto tandem poneretur, prædictos Processus ad Nos afferri mandavimus, & quamvis longa, quinquagenaria videlicet, & ultra, in examine Causarum Beatificationis, & Canonizationis experientia, potuissent Nobis ipsis blandiri de Nostrorum virum sufficientia in examine validitatis prædictorum Processuum, advocari nihilominus fecimus Dilectum Filium Benedictum Veteranum Sacre Consistorialis Aule Advocatum, diligentissimus Fidei Promotorem a Nobis constitutum, cui prædictos Processus consignavimus, & ipsius sententia tum voce, tum scriptis Nobis expostita, communicato cum ipso consilio, Decretum edidimus die 1. currentis mensis Februarii, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum consignatum, in quo constare decrevimus de validitate Processuum Cajetani Placentini, & Neapolitani, Ordinaria auctoritate confectorum in Causa.

Dubium in Congregatione propositum

Omnia prima a Pontifice ante Congregationem facta diligenter examinata.

Sed responsum in aliud tempus relictum. Validitas processuum auctoritate Ordinaria confectorum in hac causa, hanc veri eius de terminato, nunquam examinata.

Eam ipse Pontifex ad examen revocavit, & Decretum pro validitate talis.

fa Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.

§. 5. Aliæ præterea post Congregationem habitam illis adhibita die 27. præteriti mensis Januarii adhibita sunt severa diligentia, ne in re tanti momenti aliquid prætermittendum dicitur, quod videri & examinari debuit potuisset. Deum Optimum Maximum jugibus precibus obsecravimus, ut Nobis præsto esse, & mentem Nostram illustrare dignaretur: post quæ, inherentes unanimibus suffragiis Cardinalium, qui Congregationis Sacrorum Rituum habitæ die 27. præteriti mensis Januarii interfuerunt, proposito in ea dubio hæc respondemus, auditque Sacro, perceptaque Eucharistica Communionem, cum præ impedimento podagræ Missam celebrare non potuerimus, sic responsum decernimus, Ita constare de Virutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, ut tuto procedi possit ad ulteriora, ad discussionem videlicet quatuor Miraculorum.

§. 6. Venerabilis Dei Servus Paulus Buralis vixit in statu seculari usque ad annum quadragessimum sextum ætatis suæ. Nomen deinde dedit Congregationi Clericorum Regularium, qui Teatini nuncupantur & in dicta Congregatione permansit spatio annorum undecim. Ad dignitatem Episcopalem deinde auctus, præfuit primum Ecclesiæ Placentinæ, & Collegio Cardinalium S. R. E. adscriptus, translatus deinde fuit ad regimen Archiepiscopalis Ecclesiæ Neapolitanæ, quæ omnia spatia fere decem annorum implevit; ponderatque sedulo omnibus; quæ in unoquoque prædictorum statum ab eo gesta sunt, constat, ipsum in gradu heroico eas omnes Virtutes frequentibus actibus exercuisse; quæ univice prædictorum statum erant proportionatæ & propriæ, cum eximia semper charitate erga Deum & proximum, spectabili humilitate, & eximia undequaque prudentia.

§. 7. At, cum ea omnia, quæ pertinent ad statum seculari, & sic ad longum vitæ ipsius cursum, & pleraque alia, quæ statum Regularem respiciunt, in quo non modicum suæ ætatis cursum perfecit, non sint probata Testibus de visu, sed Testibus aut de auditu videntibus, aut de auditu auditus, & ea tantum, quæ statum Episcopalem, & Cardinalitiam respiciunt dignitatem, sufficienti numero Testium de visu innixa sint, locus factus est Decreto a Nobis edito die 23. Aprilis 1741. & impresso in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 3. n. 25. in quo statutum est, ut in Causis etiam procedentibus per viam non Cultus, si Virtutes probatæ sint per Testes de auditu, & si per probationes beneficiarias, dilata, prout in casu, absque culpa & dolo Postulatorum, confectio Processuum in longè post obitum Dei Servi, si de validitate Processuum post dictum tempus confectorum abunde constet, prout, in casu; si Testium numero, & qualitate, cæterisque attentis adminiculis moralis, prout in casu, confurgat certitudo, quæ, si non impossibile, imprudens saltem iudicium reddat de opposito: proposito de Virutibus dubio nullatenus respondeatur Constare, deficiente videlicet probatione directa per Testes de visu, sed respondeatur, Ita constare: ut tuto procedi possit ad discussionem quatuor Miraculorum, aucto videlicet Miraculorum numero, a duobus quæ olim sufficiebant pro obtinenda Beatificatione, ad alia duo, & sic ad quatuor Miracula, ut quod ex humano defuit Testimonio, Divino compensetur.

Præfens Decretum manu Nostra subscriptum, No. Dec. 2. Febr. 1756. stroque Sigillo munitum, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum consignamus, inter Acta ejusdem Congregationis aservandum.

Datum hac die 8. Februarii 1756.

BENEDICTUS PAPA XIV. D. E. Bar. Tamburinus Prof. Loco + Plumbi. M. Marefufcus S. R. E. Secr.